

## ADATOK A MAGYARORSZÁGI KÖZÉPKORI KÖNYVTÁRAK TÖRTÉNETÉHEZ.

### XIII.

1334 körül.

#### *Utasítás gradualék s antiphonariorumok írására.*

Iniungitur fratribus, ut de cetero tam in gradualibus, quam antiphonariis, nocturnis et aliis faciant notam quadratam et III lineas omnes rubras sine nigris et littera aperte et distincte scribatur, ita quod nota congrue super suam litteram valeat ordinari, et fiant linee modo debito distantes, ne nota hinc inde comprimatur ab eis. Secundo, quod custodiant eandem litteram, eandem notam cum, suis ligaturis, eadem pausas, que in exemplaribus correctis cum magna diligentia continentur, nihil scientur addito vel remoto. Tertio, quod quemlibet librum scriptum post exemplaria ter ad minus, antequam ligetur vel ponatur in choro, corrigant diligenter tam in littera, quam in nota, ne ista opera, sicut solitum est, propter defectum correctionis corrumpantur. Idem debet de ordinariis, breviariis et missalibus etiam postquam ea habuerint. Quarto, ut postquam habuerint correcta gradualia, ordinaria predicta et missalia, faciant officium secundum quod in eisdem continentur; *nec faciant huiusmodi opera scribi vel notari a secularibus aliqua ratione*, si habere valeant fratres ordinis, qui hec scribere et notare noverint, competentes. Quod si nesciunt, cogant ut addiscant, et hoc per suos superiores; quia seculares fratres omnia, que scribunt vel notant, corrumpunt . . . . .

Az utasítás többi része az ének lés módjáról szól.

Eredeti egykorú bejegyzés a budapesti egyetemi könyvtár 102. számú XIV. századbéli latin hártya-codexében, mely a múlt század végén a szepességi karthauziak többi codexével együtt a rend saecularisatiója után az egyetemi könyvtárba került. A codex írásbeli jelleme kétségkívül a XIV. századból származik s arra, valjon a XIV. század első vagy második felében készült, érdekes támaszpontot nyújt a codex élén olvasható következő évszám: *Anno domini millesimo CCCXXXIII. comparatus est iste liber*, melyből annak iratási idejére következtethetünk. Tekintve, hogy a szepességi karthauziak a középkorban a könyvirás és könyvfestés terén nagy tevékenységet fejtettek ki, továbbá, hogy a kézirat az ő könyvtárukból került az egyetemi könyvtárba, valószínűnek tartjuk, hogy ezen kézirat, mely antiphonalét tartalmaz, az ő műhelyükben készült.

Közli: —i.

#### XIV.

1435. február 18.

*Miklós jägerdorfi pap végrendeletében a kolosmonostori konventnek és kolozsvári Enghel Istvánnak könyveket hagy.*

In nomine domini. Amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, feria sexta proxima post festum beati Valentini martiris, ego Nicolaus presbyter de Yegerdorf Olomucensis diocesis in cenobio monasterii beate Marie virginis de Colosmonstra comorans, in lecto egritudinis decumbens, compos mee rationis, presentibus religioso ac discretis viris fratre Georgio priore conventus eiusdem loci, Valentino notario publico, plebano parochiali, ac Abraham scriptore sacerdotibus, item nobilebus viris Anthonio de Egres, Mathia filio Blasii de Zenthgerdh de Torda, Johanne filio Stephani de Maray de Doboka, Michaele de Perchen de Zathmar comitatum nobilebus, Nicolao Petri fabri de Nouauilla decanatus Cibiniensis, acolito iurisdictionis Strigoniensis, et Petro filio Stephani Halar de Feyrd ad id specialiter vocatis, de rebus et bonis adeo michi collatis, quamquam exiguis, ad superna anhelans et per temporalia sperans

eternalia adipisci bona, in augmentum salutis anime mee tale facio testamentum, quod primo crucem meam argenteam deauratam et calicem similiter argenteum deauratum *simulcum tribus voluminibus librorum, videlicet postille Corrardi super evangeliiis dominicalibus, ac altero de gestis Romanorum, et tertio nova legenda de passione sanctorum per anni circulum lego et committo prefato monasterio beate Marie virginis* in perpetuam elemosinam, ut ipsa gloriosissima semper virgo et intemerata dei genitrix aput suum elementissimum filium, deum et dominum nostrum Jhesum Christum sit interventrix et propitiatrix pro delictis et commissis peccatis meis. Item *magistro Stephano Enghel de Cluswar lego breviarium menstruale et diurnale sub tali conditione, ut si ad sacros processerit ordines, tunc eosdem libros dominus abbas modernus aut futurus sibi faciat assignari, et quamdiu vita fruetur mundiali, horas suas canonicas ex eis persolvat omnium creatori; ipso autem magistro Stephano ab hac luce translato ad vitam, iidem libri, videlicet breviarium et diurnale ad plebanatum prefati monasterii in perpetuam elemosinam remaneant et succedant.* Item *libros Malagranati ac super Canticis Canticorum et super Apokalipsim atque Britonem lego eidem magistro Stephano, ut ex eis, si sacerdotio fungetur, animum suum edificet ad docendum populum sanctum dei.* Item tres tunicas meas seu vestes longas, videlicet unam flavei coloris pellibus vulpinis, aliam nigri coloris pellibus gurguriolinis subductas et tertiam de harnasio lego et committo magistro Johanni Corponar condam notario de Cluswar, quarum valorem idem magister Johannes iuxta sue humanitatis conscientiam ad exequias funeris mei exponat, et si quid superfluerit, successive pauperibus tribuat. Item pallium meum flavei coloris nigro panno subductum ac unum par caligarum panni levi albi coloris, unum par cirotecarum, unam bursam, unam camisiam longam et unum lodicem lego Elie famulo meo, ipsum lodicem sic, quod quamdiu in hoc monasterio perseverabit, pro tegumento nocturnali habeat, in recessu vero suo pulsatori huius monasterii relinquat. Item unum pulvinar de corea, unum cancrum maiorem cum scutella stannea et idriam ferratam lego domino abbati, cancrum minorem stanneum domino priori, lectum meum sive pulvinaria fratribus ad conventum supervenientibus. Item

lintheamina sex, cusinos tres, manutergia quinque aut sex, duo termialia simulcum aliis rebus et bonis suis (*így*), demptis duabus ulnis tele flavei coloris, de quibus manipulos faciant, lego et committo fratribus conventualibus inter se equaliter dividenda.

Papiron, az országos levéltárban. Kolosmon. konv. lt. Testament. nr. 7

Közli: **Barabás Samu.**

## XV.

### *Döbrentei (Himfi) Tamás könyvjegyzéke 1466-ból.*<sup>1</sup>

Az Országos Levéltár diplomatikai osztályában őriztetik Kelőczy István deáknak urához, *Döbrentei (Himfi) Tamás nyitrai püspök-höz* 1466. évi Sz.-György napján Esztergomból írott missilis levele. Maga a levél tartalma is kiváló érdekű; figyelmünket azonban ezuttal inkább az a néhány sor köti le, melyet valamely idegen, de egykorú kéz a levélnek belső és külső, azaz czimoldalára bizonyos könyvekről odairt. Azt hiszem, nem csalódom: e kéz magának a püspöknek keze volt, melynek vonásaival a pannonhalmi főapátság levéltárában levő néhány missilis-levélen ép e nyáron ismerkedtem meg. S övéi voltak bizonyára a kérdéses könyvek is. Mert nem valószínű, hogy a *püspöknek szóló* levélre más tett volna *ilyen természetű* följegyzéseket.

E följegyzések a következők:

Belül a levelen:

Liber de civitate dei *Sancti Augustini*,

Item de diffiniendis (?) sacramentis,

*Gregorius* super mirabilibus (?),

Item de largitione elemosinarum.

<sup>1</sup> Döbrentei Tamásnak egy fényes kiállítású, családi czímerével díszített. II. Pius pápának ajánlott és jelenleg a párisi nemzeti könyvtár tulajdonát képező codexét a «Magyar Könyv-Szemle» 1889-diki folyama ismertette. Egy másik codexe megvan a német lovagrend bécsi levéltárában. Ismertetését legközelebb adjuk. Ugy látszik, kiváló humanista és könyvkedvelő volt, kinek könyvtárához a jelen könyvjegyzék becses adalékot nyujt. *Szerk.*

Kivül a czimoldalon :

Item liber *Pharetra* appellatus,

Item *Jeronimii* super Danieli et XII prophetis,

Item epistole *Clementis*,

Item liber rotarum,

Item expositio quinque librorum *Boeci*,

Item liber confessionis *Sancti Augustini*,

Item *Ambrosius* de officiis,

Item *Jeronimus* de receptione lapsi,

Item allocutorum S . . emani.

M. O. D. L. 24,643. sz.

Közli: Dr. Csánki Dezső.

## XVI.

*A sz. Miklósról nevezett nagyszombati főtemplom könyvei  
1495. évben.*

Register auff die clainnat, mesgwantt, kelich vnd anderer zwegehörung der kirchen sand Niclas in der sacristia.

Anno domini 1495 Jar.

Vermerckt die clainnat mesgwant vnd kelich vnd ander geradtt die da sein in deren sacristen der pharr kirchen der statt Tierna in der zeitt des erwirdigen herrn Vlrich Halbwagen pharrer daselbs, vnd pey den zeitten der kirchvatter des erberen herren Valtan Swimeren vnd Wernnhardin Hofman verschrieben.

(Következnek miseruhák, oltárdiszek, kelyhek, templomi szerek, azután «die taglichen mesgwantt», ezután:)

*Vermerckt die puecher der kirchen.*

Idem von erst II. bibel auf pergeme.

Idem III. lectionall.

Idem III. antiffnar.

Idem II. graduall.

Idem II. speciall.

Idem III. phalttarer.

Idem II. ympnarios.

Idem II. vigiliall.

Idem XV. mespuecher, an das her Hans Nagkopfft hatt in spitall mit ainen plaben kopartt.

Idem III. tagzeit puecher und ain psaltter in dem gestuell im karren sein am ketten.

Idem II. decrett hatt geschafft herr Perenhart die zeit ain prediger der kirchen, die selben puecher hatt yecz in seinem gewalltt herr Wolfgang der prediger.

(Következik még több apróság felsorolása.)

Nagy 8-r. 8 levélből álló füzet. Nagyszombati városi lvtár (a toronyban). Acta parochialia, fasc. 47.

Közli: **Fejérpataky László.**

## XVII.

*1513. márczius 12.*

*Lasycz Miklós császmái kanonok végrendelete, melyben javairól és könyveiről intézkedik.*

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Amen. Anno salutifere incarnationis domi[nice millesimo] quingentesimo tredecimo, duodecima die mensis Martii, hoc est in festo sancti Gregorii pape, ego magister Nicolaus Lasycz dictus de [Gwdowcz can]onicus ecclesie Chasmensis, mente quidem per omnia sanus, corpore tamen eger, animadvertens illud dictum salvatoris: Vigilate, qu[ia] nescitis, qua] hora dominus venturus sit, quapropter sano animo de rebus michi a deo collatis tale facio ultimum et irrevocabile testamentum: In . . . [animam meam] domino deo creatori suo ac redemptori et gloriose virgini Marie genitrici eiusdem omnibusque sanctis eius commendo, corpusque meu[m] . . . sepulture in ecclesia sancti spiritus Chasme fundate. Item domino meo gratioso reverendissimo lego equum meum minorem sellatum. Item habeo certa [iura] possessionaria in Roycha, puta unam prebendam cum terris arabilibus ac fenilibus. Item unum bonum molendinum duarum rotarum bene dis[positum]. Item unam bonam vineam cum domibus tribus una cum vasis, dolis et tinis(?) ac aliis attinentiis ad id spectantibus. Item in curia eiusdem pre[bende] duos boves, duas vaccas cum vitulis et omnia clenodia domus. Item calicem unum, *missale Strigoniense unum, diurnale unum,*

[quatuor] ornatus sacerdotales: unum de raso albo, aliud de veluto varii coloris, tertium de raso flavii coloris, quartum de syndone albi et . . . coloris, mappas altaris, si bene recolo, tres, candelabra cuprea ad altare duo, unum campanile, duas ampulas de plombo, unam . . . lam. Item unum agnus dei de argento, unum scrinium, in quo ista conservantur. Super quibus bonis possessionariis habeo ab egregio Nicolao Dersfy . . . et compatre meo certas litteras et privilegia ac iustitiam, insuper a regia maiestate consensum et assensum, sicut in eisdem litteris clarius continetur. Quam quidem prebendam cum omnibus bonis supranominatis tuitioni et defensionem domini prelati committo et commendo, cui incumbit ecclesias et bona ecclesiarum suarum defendere; et posito casu, quod absit, si patronus modernus aut successores [eius] iam prefatam prebendam turbare niterentur, aut de facto [turbaret] sew turbarent, ex tunc dominus reverendissimus episcopus ecclesie Zagradiensis eo te[mp]ore constitutus, ad quem recurrere habebit illius temporis rector talis prebendarius, cum capitulo Chasmensi illam prebendam et omnia bona tam mobilia, quam immobilia faciant vendere et exponere ad necessitatem ecclesie sancti spiritus pro perpethuis orationibus pro illis animabus, de quorum bonis iam fata prebenda extitit fundata. Privilegia autem ad illa bona possessionaria illius prebende sint et habeant esse apud rectorem eiusdem. Item fruges bladi, que sunt in horreis dominorum in Banathw existentium, et seminare, pecora, porci et cetera, que me pro parte mea concernerent, vendantur et conserventur pro reformatione ciborii, ubi scilicet habet conservari corpus Christi sacratissimum in ecclesia sancti spiritus. Item vineam meam, quam habui a dominis concanonicis, que est ecclesie, norunt ipsi, qualis ante fuerit et qualis nunc sit, quantis laboribus et expensis eandem a longinquis temporibus desertatam excoluerim et in bonum statum reduxerim; quare rogo dominos et fratres meos canonicos pure pro deo, ut ipsam vineam cuicumque voluerint assignare, ex tunc sub hac conditione dare habeant, ut perpethuis et singulis annis ad omnes missas in ecclesia sancti spiritus dicendas vinum dare sit obligatus, ita tamen, si minus habuit de vino ex tali vinea quadraginta cubuli, ex tunc solum ad matutinum et maius officium sit obligatus, si autem habuerit ultra quadraginta cubulos, tunc ad omnes missas. In cuius subsidium rebus sic stantibus pro inventario gubernatori

illius vinee lego florenos quatuor, dolia quinque, tinias duas, idrias duas, torcular bonum unum cum attinentiis, ligones duas, palas duas, domus parvas duas, unde si quis assumserit iam fatam vineam sub his conditionibus, bene quidem; alioquin executores mei dempta vinea, domus et clenodia et omnia supra nominata vendant et exponent pro anima mea. Successorem vero vinee peto, ne obliviscatur animam meam, quia quasi de novo eam erexi et excolui et in hiis onero conscientiam duorum fratrum meorum, si secus factum fuerit. Item nepoti meo Paulo lego *omnes libros iuris videlicet . . . decretales, sextum cum Clementina, summam Jasonis, instituta Godfrodum, totum opus biblie cum commentario domini Hwgonis, vitam . . . . Gregorii super Job, homiliarum doctorum, aureum opus super . . . postillas, librum discipuli, sermones [Pelbarti]: unam de tempore, duas de sanctis, quadragesimale eiusdem, stellarium beate [virginis] cum sermonibus parati (?), rationale divinorum, libri sententiarum cum questionibus Bonaventure, Stephanum Brulifer; item antidotarium cum aliis l[ibris] inligatum, unum breviarium deauratum et unum diurnale et omnes alios libros humanitarum (így), ac conditione interposita, quod si uxorem du[xerit], tunc omnes isti libri cedant prebende beatorum Petri et Pauli apostolorum, hoc est predicature Chasmensi pro perpethuis orationibus, solum demptis sermonibus Pelbarti, quos rebus sic stantibus committo dare ecclesie sancti Pauli in Otthnya. Quod si presbiterabitur, tunc sine diminutione sibi assignentur, adhuc tamen post mortem ipsius volo, ut cedant prebende beatorum Petri et Pauli apostolorum modo supra dicto. Item eidem meo nepoti lego almarium meum, quod habeo in stuba. Item eidem lego pelvim minorem cum morderio cupreo sub eadem conditione, sicut et libros. Item eidem lego spondam meam meliorem cum duabus pulvinariibus ac supellectili et uno cervicali ac uno cussino cum coopertio et duobus linetaminibus, unam . . . habens subtus ladulam cum tapeto vili. Item unum arcum manualementem cum pharetra repleta cum sagittis optimis, unum clipeum ac biccellum . . . , duas scutellas mediocres, quatuor parvas et duas salsearias dictas, quatuor discos plumbeos, salis reservaculum, unam vulgo . . . tam, unum scriinium, quod habet tres clausuras et unam ladulam habens clausu-*



ram ab intra; tres cantaros plumbeos, unum unius pinte, alium modii, tertium tertie partis pinte, qui sunt meliores. Ista omnia lego nepoti meo sub eisdem conditionibus, sicut et libros. Item eidem nepoti meo lego unam tunicam fl[avei co]loris, que dicitur longis, unum palium, unam subam vulpinam, coopertorium cum panno pargamar (?), duas mitras, unam de pellibus variolis, aliam veterem de pellibus mardurinis, unam biretam brunneatei coloris. Item idem nepos meus habet duas sorores; unicuique lego unum pulvinar, unum . . . cum coopertoris et duo manuterigia ipsis convenientia in scrinio meo habita. Item unicuique lego duos florenos. Item ad calendinum beate Virginis lego duas scutellas maiores, tertiam mediocrem unius laboris, septem discos et unum circulum seu prawdam, duos cantaros maiores, unam mensam que maior est, maiorem pelvim cum fusorio, cortinam penes lectum ad chorum beate Virginis, ut expandatur diebus festis ad honorem eiusdem. Item dominis prebendariis ecclesie Chasmensis lego tunicam meam meliorem inter alias pro missis et perpetuis orationibus. Item ecclesiis in provinciis Chasmensi, Dombroviensi, Iwanyizensi ac in bonis dominorum capituli ecclesie Chasmensis unicuique ecclesie pro restauratione seu edificatione earundem ecclesiarum et in subsidium per unum florenum de bonis et rebus meis venditis. Item ad claustra videlicet sancte Marie Magdalene in Podgradije de Iwanyecz, sancti Nicolai, sancti Francisci Zagrabie, tratum heremitarum prope Medwewar, Ztreza, Lepaglawa, sub Grenycz, de Petrowcza, et Remethynecz similiter de bonis venditis unicuique per unum florenum, seu fratribus in eisdem degentibus, ut exorent deum pro anima mea et parentum meorum. Item subam meam wlpinam sew dorsinam coopertam cum panno simplici lego Dyonisio fratri meo adoptivo de Gwdocz. Item pro inventario successori lego tria vasa vacua, unum cubulorum XXXVI, aliud cubulorum XVIII, tertium cubulorum XV. Item unum vasculum, in quo acetum conservatur cubulorum II. Item unam mensam, que est in inferiori statu. Item mensam unam longam, habens subtus ladulam, lego ad sacristiam sancti spiritus. Item clenodia domus et omnia vestimenta, et omnes res meas, que supra non sunt nominata, lego ut vendantur et exponant executores pro anima mea. Item scutellas plumbeas quotidianas, que non sunt supra nominate, easdem lego prebende beatorum Petri et Pauli apostolorum pro inventario ad

perpetuas orationes. *Item diurnalía non illigata distribuuntur pro missis et perpethuis orationibus, illig[ata vero] vendantur seu distribuuntur pro missis et psalteriis dicendis.* Item fenile meum lego prebende Demetis (?). Item in parata pecun[ia habeo florenos] centum et sexaginta minus tribus, pro quibus executores mei faciant celebrari missas Gregorianas tamdiu, quam . . . . . sine intermissione, et unicuique detur comparatio, qui voluerit et aptus erit missam dicere. Item servitoribus meis et . . . . . non fictis executores mei satisfaciant. Debitores autem mei, quibus pecuniam meam credidi, sunt: Item . . . . . flor. II pro eisdem fidei iussis; nobilis Nicolaus de Bragasowyth. (Item illustris Petrus redemit Balsa de . . . . . argenteum inpignorum pro florenis . . . i).<sup>1</sup> Item egregius . . . . . apud . . . . . io inpignorum pro florenis III. Item egregius Petrus Horwath de Wynodel habet apud me unam haches . . . . . inpignoram flor. XIII. Item Petrus Lewak de Zyelo vittricus Pauli nepotis mei tenetur michi III fl[orenis] . . . . . (Item dominus] Nicolaus de Besse. nezenthbened).<sup>2</sup> *Item dominus Georgius prebendarius de sancto Ladislao guardianus pro diurnale inligato . . . . . [Item dominus B]althasar de Alap tenetur michi pro v. . . florenis II et ad unam vestem pannum bonum. Item egregius Johannes Fanczy de Gordowa tenetur . . . . . pro una kwpa, aut det equum, aut kwppam restituat executoribus. Item nobilis Nicolaus Pozery de Pezereyw tenetur florenis V, quos bene . . . . . Mathews et nobilis Bozek et Johannes literatus de Graghyenazenthmicloos et Michael waywoda de Zwybowecz, quo . . . . . prebende ecclesie sancti regis Stephani Zagrabie pro missis. *Item Stephano literato de Zagrabia alias scriptori dedi diurnalía XII non ligata, septem vero illigata, ex quibus fuit unum deauratum, in valore omnino florenorum VIII, denariorum LXX, de quibus iam solvit florenos II in festo Marie Magdalene.* Item dominus Blasius de arce Chasmensi et plebanus de Iwanych, ut retinet apud se unam camisiam, extorqueant executores ab eo et dent uni presbytero pro missis propter deum. Item Thomas Chreuchyth de Polosithyca tenetur michi florenis VIII coram dominis Demethrio rectore are sancti Johannis apostoli et ewangeliste, domino Nicolao capellano predicatore,*

<sup>1</sup> Ez a mondat az eredetiben át van húzva.

<sup>2</sup> Áthúzva.

Emerico Twrkoycz. Item egregius Franciscus Pethew de Borschyanowcz habet hic apud me unam nasfa in pignore florenis VI, quam promisit redimere usque festum resurrectionis domini, alias alienabitur ab eo. Item Michael Frenii de Crisio obligatur florenis II. Item cuilibet executorum meorum lego unum coclear argenteum. Item rectori are sancte Michaelis florenos II lego. Item dominum Nicolaum capellanum scilicet meum contentabunt executores ipsi, item similiter Wynam dictam ac alios servitores, prout ipsis melius videbitur. Item alia bona, que non sunt hic specificata, executores iuxta conscientiam ipsorum vendant et exponant pro anima mea. Item baltei duo, unus, quem emi a domino Nicolao capellano meo, illius argentum faciant executores deponere pro anima mea; texturam ipsius baltei in modum crucis faciant insuere ornatui sew casule de nigra purpura in scrinio meo repositae. Alium autem balteum, qui est mihi in pignore pro III florenis, ut bene novit magister Stephanus de Iwanycz canonicus ecclesie sancti spiritus Chasmensis et dominus Gregorius B..anyecz, primum alliciant executores impignorantem, si voluerit redimere; si voluerit, ex tunc executores ipsi vendant et exponant pro anima mea. Item ornatus meos sacerdotales, qui sunt in scrinio meo in ecclesia sancti spiritus quatuor, unus de rubra purpura auro intexta, alius de purpura viridi similiter auro intexta, tertius de kamwka alba similiter aureis floribus intexta, quartus de nigra purpura cum calice optimo et ampulis duabus, ampulis de argento, lego dari altari sancti [Ni]colai sub hac conditione, ut rector eiusdem altaris se obliget ad dicendam unam missam pro defunctis tribus collectis, prima . . . , secunda: Deus cuius misericordie, et tertia: Fidelium, singulis ebdomadis et hoc mediantibus litteris sub sigillo capituli, alias dictam executores ordinent sive in aliquo monasterio, aut aliquo altari sew ecclesia, ut pro eis fiat missa modo suprascripto. Item dominus Emericus de Warulya tenetur florenis V, quos dedi eidem, ut michi vinum emisset. Item annulum unum de auro lego vendi et exponi pro anima mea; alium de argento deauratum lego nepoti meo, cetera omnia et singula, ymmo totam executionem testamenti committo moderationi executorum meorum. Executores vero meos facio dominos (custodem)<sup>1</sup> magistros

<sup>1</sup> Áthúzva.

Stephanum de Iwanyecz et alterum Stephanum de Monozlo canonicos, magistrum Martium predicatorem et rectorem altaris beatorum Petri et Pauli apostolorum et dominum Stephanum rectorem capelle sancti Johannis ewangeliste. Tutorem autem facio dominum custodem Matheum et canonicum ecclesie Chasmensis. Item egregius Johannes Fanczym de Gordowa *pro diurnale* filio suo recepto medium floreni. Item Blasius Chrewchys de Polosisthocza florenum I denarios XL-ta. Presentibus ibidem immediate post scripturam, coram quibus lectum est, magistris Georgio de Prasuyeczya, magistro Mathie de Feyerkw, magistro Michaele de Chasma canonicis ecclesie Chasmensis, domino Ladislao plebano de Chasma, domino Stephano sancte Katherine, domino Francisco decano prebendariis ecclesie Chasmensis, domino Nicolao rectore altaris sancti Valentini et domino Anthonio rectore sancti Johannis apostoli et ewangeliste, et aliis quampluribus ad id specialiter requisitis et vocatis.

Correcta, ut supra, coram me et altero notario Georgio canonico Chasmensi et Martino, et facimus fidem de premissis ibi presertim de florenis centum minus tribus

*Kívül:* Testamentum et ultima voluntas venerabilis magistri Nicolai Lasyecz de Gwdowecz canonici ecclesie Chasmensis.

Nos capitulum ecclesie Chasmensis, tenore presentium significamus, quod nos presens testamentum aperuimus et quod ad omnes eius clausulas, articulos et puncta perlegimus, ideoque idem testamentum ex antiqua et approbata iamque dudum prescripta consuetudine apud nos a dudum obsignata approbavimus, ratificavimus et confirmavimus, ymmo aprobamus, ratificamus et confirmamus, sigillique nostri authentici munimine duximus roborandum. Datum feria sexta proxima post festum beati Gregorii pape, anno domini millesimo quingentesimo tredecimo.

Papiron, a Magyar Nemz. Múzeum levéltárában.

Közli: Décsényi Gyula.